

In re omnino simplici: Sed hoc, ut constat, derogat perfectioni, & veritati divini intellectus, quae consistit in adequatione cognitionis cum re cognita, id est, in eo quod obiectum cognoscitur eo modo quo est in se: Ergo affirmatio entium rationis derogat perfectioni & veritati divini intellectus. Unde licet divina scientia se extendat ad entia rationis ab intellectu humano facta, vel factibilia, quia tamen talis cognitio est mere speculativa, nec apprehendit rem aliter ac est in se, vel non ens ad modum entis; sed solum videt non entia habere modum entis in intellectu creato, non format entia rationis. Sed haec merces & questus, ad nudandas & Scholas Philosophorum remittenda sunt: in his enim diutius immorari, nec vacat, nec expedit.

76 Dico secundo: a Deo cognosci omnia mala naturae, poenae & culpe, non per bonitatem incretam immediate, sed per bonitatem creatam.

Prima pars conclusio est de fide, quam tamen videtur negare Averroes relatus a D. Thom. 1. cont. Gent. cap. 71. & quidam Haeretici Albanenses, negantes Deum cognoscere peccata, nisi ex relatione diaboli: quorum fundamentum potuit esse, quia in Scriptura Deus dicitur ignorare peccata.

Probatur primo ex Scriptura: dicitur enim de malis naturae, Sapientia 8, *Morsio sit, antequam fiant*. De malis poenae Amos 3. *Si erit malum in civitate quod non fecerit Dominus*. Et Prov. 15. *Infernus & perditio eorum Dominus*. De malis culpe Job 14. *Signasti quasi in saculo delicta mea*. Et Deuter. 32. *Nonne hoc condita sunt apud te, & signata in libris tuis*. Ubi allusio fit ad sacculos litium, vel ad eos in quibus servari solebant pondera, Deuter. 15.

77 Probatur secundo ratione desumpta ex D. Thoma, loco citato. Obiectum intellectus est verum: Sed verum habetur in cognitione mali; nam sicut verum est bonum dari, & esse prosequendum: ita etiam verum est dari malum, & esse fugiendum: Ergo Deus mala cognoscit.

Confirmatur: Cognitio mali non est damnanda, nisi quantum inducit voluntatem ad malum; nec est deorsum, nec aliquam inducit turpitudinem: tum quia visio, aut pictura monstris, potest esse pulchra: tum etiam, quia ut Deus cognoscit mala, non debet illis assimilari, quandoquidem non cognoscit ea per propriam speciem illorum, & ut obiecta formalia, sed tantum materialia.

78 Probatur tertio: Deus perfecte cognoscit bona creata, ac proinde quidquid illis potest accidere, & opponi: Sed malum opponitur bono, & illud corrumpit: Ergo ut perfecte cognoscatur bonum, debet malum cognoscere.

Denique eadem pars suadetur. Mala culpa Deus prohibet & punit tanquam iudex, mala vero poenae & naturae efficit tanquam prima causa, & provisor universalis, propter bonum & conservationem universi, unde pertinent ad eius providentiam: At quae cadunt sub providentia Dei, cadunt etiam sub ejus cognitione, & scientia, alias Deus ageret modo caeco, & ignaro: Ergo Deus talia mala cognoscit. Unde quando Scriptura dicit, *Levum non cognoscere mala*, hoc intelligendum est, vel quia distulit, differendo punitionem, vel quia non cognoscit per propriam ideam, vel quia non cognoscit per scientiam approbationis, & operativam, maxime mala culpe, ut supra annotavimus.

79 Major est difficultas circa secundam partem conclusionis. Zemel enim & alii Recentiores existimant, mala cognosci a Deo per propriam essentiam, & bonitatem incretam immediate. Sed opposita sententia communis est apud Thomistas: pro cuius intelligentia, & probatione secunda partis conclusionis.

Observandum est primo: aliud esse quod unum non possit cognosci sine alio, aliud quod cognoscatur per illud: relatio enim, v.g. non potest cognosci sine extremo, in quo tamen non cognoscitur, cum correlativa sint simul cognitione, & natura.

Observandum secundo, quod quando dicimus, Deum cognoscere malum in bono creato cui opponitur, non intendimus bonum creatum, habere rationem speciei, vel obiecti formalis, respectu intellectus divini, ad cognitionem mali; sed tantum quod habeat rationem obiecti materialis cogniti in divina essentia, & in eo sic cognito, ut obiecto materiali, asserimus cognosci malum creatum. Sic ergo explicata secunda pars conclusionis.

80 Probatur primo: Malum non potest cognosci, nisi in bono, & per bonum cui opponitur: Sed malum creatum non opponitur bonitati incretae: Ergo non cognoscitur per illam, sed per bonitatem creatam. Major declaratur: vel enim malum consistit in privatione, & sic non potest cognosci, nisi per formam oppositam bono; vel consistit in aliquo positivo, & illud non habet rationem mali, nisi quantum differat a regula: Sed discordantia non cognoscitur nisi per concordantiam; sicut Grammaticus non cognoscit incongruam locutionem, nisi per congruam: Ergo malum non potest cognosci, nisi per bonum cui opponitur. Minor etiam probatur: Si malum immediate opponeretur Deo, & bonitati incretae, deberet illi opponi, vel contrarie,

vel privative: Neutrum dici potest: Ergo &c. Minor probatur: Tum quia opposita contrarie, vel privative, nata sunt fieri circa idem: malum autem, & bonum divinum non habent commune subiectum. Tum etiam, quia malum diminuit bonum cui opponitur; bonum autem divinum non potest diminui per malum.

Addo quod bonum expellit malum cui formaliter opponitur: Sed bonum divinum non expellit formaliter malum creatum, sed tantum effective: si enim formaliter illud expelleret, nullum daretur malum in rerum natura: sicut si daretur lux infinita, nulle darentur tenebrae, eo quod lux tenebras formaliter expellat: Ergo malum creatum bono divino, non contrarie, nec privative opponitur.

81 Probatur secundo eadem pars: Deus non cognoscit malum, nisi per ideam boni, ut docet D. Thom. quael. sequenti art. 3. ad 1. Atqui Deus non habet ideam suae bonitatis, sed tantum bonitatis creatae, quia non habet ideam, nisi factibilem: Ergo per suam bonitatem non potest cognoscere malum.

Quod diximus de malo naturali, dicendum est etiam de morali, scilicet de peccato: illud enim simpliciter cognoscitur a Deo per privationem rectitudinis debite inesse actui, in materia talis, vel talis virtutis: si vero dicatur, quod peccatum in privativo consistit, ut nonnulli docent, sive in positivo, ut illi probabiliter sentiunt: quia illud positivum, ut dicemus in Tractu de peccatis, non habet rationem completam constitutivam peccati, nisi per connotationem privativam, & sic ad cognitionem peccati semper iterum requiritur.

82 Dico tertio: Deum cognoscere singularia, etiam materialia. Ita D. Thomas hic art. 11. & Philosophus 1. de anima, & in 3. Metaph. ubi arguit Empedoclem, eo quod cognitionem singularium Deo denegaverit.

Probatur primo ratione D. Thomae. Omnes perfectiones simpliciter simplices, quae in creaturis reperuntur, dispersae sunt unite in Deo: Sed cognitio singularium est perfectio simpliciter simplex intellectus homini, melius est enim ea scire, quam ignorare: Ergo illa reperitur in Deo.

83 Probatur secundo: Deus est causa rerum per suam scientiam, ut disputatione sequenti ostendimus: unde tantum se extendit ejus scientia, quantum ejus causalitas: At divina causalitas se extendit ad omnia singularia, & ad rationes non solum genericas, & specificas, sed etiam atomas, & individuales, quia Deus omnes suos effectus attingit sui ratione universalissima entis, quae transcendentaliter includitur in omnibus gradibus, formalitatibus, & differentis rerum creaturarum; Ergo ea omnia cognoscit.

84 Probatur tertio alia ratione D. Thomae: Species per quam Deus omnia cognoscit, nimirum ipsa divina essentia, cum sit infinita in representando, omnia cognoscit illa divino intellectu perfectissime representat: ac proinde non solum secundum rationes genericas, vel specificas, sed etiam atomas, & individuales.

Denique, cum cognitio quam Deus habet de creaturis, non sit pure speculativa, sed etiam practica, & factiva illarum, non est perfecta, nisi ad singularia perveniret: nam cognitionis practicae finis, est operatio, quae in singularibus est, & circa singularia versatur.

85 Dico ultimo: Deum cognoscere infinita, non solum per scientiam simpliciter intelligentiam, sed etiam per scientiam visionis. Est etiam D. Thomae art. 12.

Prima pars probatur ratione quam ibidem habet. Deus per scientiam simpliciter intelligentiam comprehendit suam omnipotentiam, & potentiam ac virtutem cujuslibet creaturae, ac proinde cognoscit omnia ad quae illa potest se extendere: Sed divina omnipotentia, & potentia creaturae, possunt se extendere ad infinita saltem in potentia, & sine cathorematica: Ergo Deus per scientiam simpliciter intelligentiam cognoscit infinita. Major patet, Minor probatur quantum ad utramque partem. In primis enim divina omnipotentia, cum sit simpliciter infinita, potest producere perfectiores, & perfectiores creaturas in infinitum; alias posset dari perfectissima creatura, quam Deus posset producere, quod est absurdum; cum enim nulla posset dari creatura infinite perfecta (ut in Tractu de attributis ostendimus disp. 4. art. 4. §. 2.) divina omnipotentia exhaureretur productione aliquorum finiti, ac proinde non esset infinita simpliciter.

86 Probatur etiam Minor, quantum ad secundam partem. Nam in potentia intellectiva, & volitiva Angelorum & Hominum continentur infinite cogitationes, & affectiones cordium, quas Angeli, & Beati, successive producent per totam aeternitatem; quae cogitationes, & affectiones, licet sibi invicem succedant, nec possint in propria mensura esse simul, in aeternitate tamen simul existunt: quia, ut in ista dicemus disp. 4. art. 7. aeternitas ratione lux infinitatis, & indivisibilitatis, simul, & in unico nunc, seu instanti indivisibili, continet, & ambit omnia quae sunt successive futura in propriis durationibus & mensuris. Ex quo probata manet secunda pars conclusionis, cum enim scientia visionis terminetur ad res praeteritas, & futuras ut praesentes in aeternitate, quae est mensura divinae cognitionis, & in

& in illa, ut jam diximus, simul existant infinita cogitationes & affectiones, quas Angeli & Beati eliciunt per totam aeternitatem, sequitur Deum cognoscere infinita, non solum per scientiam simpliciter intelligentiam, sed etiam per scientiam visionis.

DISPUTATIO III.

De causalitate Divinae scientiae respectu creaturarum.

Explicatis his quae pertinent ad existentiam, quidditatem, unitatem, & perfectionem divinae scientiae, modumque quo creaturas in essentia divina tanquam in causa, & medio cognitio attingit, consequens est, ut ea quae ad ejus efficaciam & causalitatem spectant, declaremus; & quatuor celebres difficultates, quae hic agitari solent, breviter resolvamus. Prima est, an scientia Dei sit causa rerum, non solum directiva, sed etiam effectiva. Secunda, cujusmodi scientia talis causalitas & efficacia competat: An ei quae dicitur simpliciter intelligentia, vel illi quae visionis nuncupatur. Tertia, an ideo res fiat futura, quia sciuntur a Deo, vel e contra, ideo ab illo sciuntur, quia futurae sunt. Quarta, an deum in Deo aliqua potentia executiva, virtualiter ab ejus intellectu, & voluntate distincta.

ARTICULUS I.

An scientia in Deo sit causa rerum, non solum directiva sed etiam effectiva?

§. I.

Primitivum quae apud omnes sunt certa.

Suppono primo tanquam certum secundum fidem, & Deum per intellectum & voluntatem producere creaturas, ac proinde ejus scientiam omnium rerum causam existere, saltem directivam. Quam veritatem ex multis sacrae Scripturae testimoniis probant Recentiores. Nobis sufficit illud Psalmi 103. *Omnia in sapientia fecisti*. Item Psalmi 135. *Qui fecit caelos in intellectu*. Et ad Ephesios 1. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae*. Unde Dionysius cap. 7. de divin. nomin. *Scientia divina omnium est arctice, & semper omnia componit, usque causa indivisibilis cohaerens, & ordinis omnium, sineque principio, cum spontaneum principium semper committit, & unam universi compositionem, actionemque sublevarium efficit*.

87 Probatur secundo eadem supposito, ratione Tract. 1. disp. 1. art. 2. §. 2. deducta, demonstrando existentiam & intellectualitatem Dei. Agens primum ordinare debet & dirigere res universi, ut ibidem demonstravimus: Sed hoc non potest, nisi per scientiam, & sapientiam, sapientia enim est ordinare: Ergo scientia in Deo est causa rerum, saltem directiva.

88 Praeterea, Scientia Dei respectu creaturarum, se habet sicut scientia artificis respectu artefactorum ut docet D. Thomas hic art. 8. At haec est causa operis, saltem directiva: Ergo & scientia Dei.

89 Eandem veritatem demonstrat idem S. Doctor 1. contra Gentes cap. 23. novem rationibus, quarum haec praecipua est: Perfectissimo agenti attribui debet perfectissimus modus operandi: Sed ille modus est operari per scientiam & voluntatem, agens enim naturale, non agit cum dominio suorum actuum, sicut agens intellectuale; nec ejus virtus se extendit ad plures effectus specie diversos, sed determinatur ad unum; ex quo fit quod naturalia uniformiter, & uno modo semper eveniant: Ergo Deus cum scientia & libertate ad extra operatur, subindeque ejus scientia, directiva saltem, ad productionem rerum concurrat.

90 Confirmatur: Agens naturale debet ab alio dirigi, ut finem attingat; quem non cognoscit; sicut sagitta, ut attingat scopum debet dirigi a sagitario; agens vero intellectuale, seipsum dirigit, & sibi praescribit determinatum finem: Ergo modus agendi agens intellectualis, perfectior est modo agendi agens naturalis.

Hoc praesupposito, inquirimus, an praeter vim illam directivam, quam omnes attribunt divinae scientiae, vera & propria causalitas, & efficacia respectu creaturarum, illi conveniat: quod ut plenus innotescat,

91 Suppono secundo, quod ad formationem artificiatum, scientia, voluntas & vis executiva concurrunt; scientia dirigendo, voluntas movendo, vis executiva exsequendo: quod in artifice creato conspiciatur, qui si domum, v. g. est edificatur, prius scientie praecognoscit finem, quem voluntas appetit: mox intellectus consilium de mediis, & domus fabricanda meditatatur naturam; voluntas eligi media praecognoscit, & movet intellectum ut imperet; ad imperium sequitur vis activa, applicans

vim executivam ad opus, ac denique sequitur executio. Quae omnia a creato artifice, per distinctos actus & potentias sunt.

92 Querimus ergo, an scientia Dei practica, non solum directivum praestet concursum, in productione creaturarum, regulando opus, ostendendo finem, & modum illas producendi; sed etiam efficienter in illas influat, vel applicando potentiam executivam ad opus, vel immediate imperando earum productionem.

Partem negativam tenent plures Recentiores extra Schoalam D. Thomae, qui divinae scientiae attributum solum vim directivam in productione creaturarum; earum vero efficientiam, voluntatem immediate procedere, vel a voluntate Dei, vel ab aliqua potentia executiva, virtualiter ab ejus intellectu, & voluntate distincta. Thomista vero & plures alii docent, scientiam non solum dirigere Deum in productione creaturarum, sed etiam imperare, & sequi immediate earum productionem, per actum imperii formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem, quod eas immediate dirigitur: unde nullam aliam potentiam executivam in Deo agnoscunt, quam ejus intellectum practicum, ut constat ex dicendis art. 4.

§. II.

Haec sententia ne verior & probabilior eligatur.

93 Dico igitur: Scientiam in Deo esse causam rerum, non solum directivam, sed etiam effectivam. Probatur primo ex Scriptura, dicitur enim Prov. 3. *Dominus sapientia fundavit terram, stabilitate caelos prudentia*. Et cap. 8. Divina Sapientia loquens in propria persona, dicit: *Quando preparabat caelos aedera, quando apponere fundamenta terra, cum eo eram cuncta componens*. Et D. Joannes loquens de Verbo divino, quod est sapientia Patris, affirmat *Omnia per ipsum facta esse*. Sed haec verba facere, fundare, stabilire, componere, non solum directivum, sed etiam verum & realem efficientiam significant: Ergo ex Scriptura scientia Dei est causa rerum, non solum directiva, sed etiam effectiva.

94 Probatur secundo ex SS. Patribus, dicit enim S. Augustinus 3. de Trinitate, relatus a D. Thoma, hic art. 8. *Universas creaturas spirituales & corporeas, non quia sunt, ideo novit Deus, sed ideo sunt quia novit*. Exponit autem causam, quae fit causa productiva rerum: Ergo scientia Dei est causa rerum, non solum directiva, sed etiam effectiva. Unde idem S. Doctor 11. de Civit. cap. 10. *Occurrit*, inquit, animo quiddam mirum, sed tamen verum; quod ipse mundus nobis notus esse non potest, nisi esset: Deo autem nisi notus esset, esse non posset. Et Tertullianus in Apologeticis: *Quod colimus Deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementarum, corporum, spirituum, veris quo iustis, ratione qua dispensat, virtute qua parat, de nihilo expressit, in ornamentum magnificentiae suae*. Hoc etiam agnovere Gentiles Philosophi, nam Aristoteles 3. de anima textu 4. approbat opinionem Anaxagore; qui asserbat primum principium rerum omnium esse sapientiam & intellectum.

95 Probatur tertio ex D. Thoma hic art. 8. in corp. dicente: *Scientia Dei est causa rerum, sicut scientia artificis est causa artificiarum*: At scientia artificis est causa artificiarum, non solum directiva, sed etiam effectiva, ut idem S. Doctor docet locis infra referendis: Ergo & scientia Dei. Item ibidem dicit, quod *forma intellectus est principium operationis, sicut calor est principium calefactionis*: Sed calor est principium effectivum calefactionis, ut constat: Ergo &c. Denique in resp. ad 3. ponit discrimen inter scientiam Dei, & nostram, quod nostra est a rebus accepta, & illis posterior: divina vero est causa rerum, & illis prior.

96 Probatur quarto, ratione fundamentali: Deus producit creaturas ad extra per actum imperii, formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem: Sed talis actus pertinet ad intellectum practicum: Ergo & productio creaturarum. Major demonstrabitur infra art. 4. & sufficienter constat ex variis locis Scripturae, in quibus productio creaturarum attribuitur divino imperio: dicitur enim Genes. 1. *Fiat lux, & facta est lux*. Psalm. 148. *Ipsa dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt*. Minor autem probari solet 12. q. 17. ubi ostenditur actum imperii procedere ab intellectu, quamvis supponat motum, & applicationem voluntatis. Ratio fundamentalis est, quia imperium est intimatio, ordinatio, & praecipium: Sed haec omnia pertinent ad intellectum, intimatio enim est quadam spiritalis locutio; locutio autem pertinet ad intellectum, qui est veluti os substantiae spiritalis, juxta illud Psalmi 31. *Os iusti multibabitur sapientiam*. Item ordinare unum ad aliud, & unum cum alio conferre, pertinet ad intellectum practicum, & ad virtutem prudentiae: sicut unum ex alio inferre, spectat ad scientiam, & ad intellectum speculativum. Denique, praeter

causa rerum. Minor probatur. Imperium sequitur effici-

31 Probatur quinto: Scientia que est causa rerum, debet esse libera, alioquin res necessario & non libera a Deo procederent...

32 Respondetur Adversarii: Scientiam simplicis intelligentie nude sumptam, & ut prevenit omne decretum divine voluntatis...

33 Sed contra primo: Cum scientia simplicis intelligentie & visionis (ut supra annotavimus) non distinguatur ex parte Dei...

34 Secundo. Vel illud decretum quod Adversarii dicunt adungi scientia simplicis intelligentie...

35 Tertio, Adversarii communiter docent, decretum illud quod adungitur scientia simplicis intelligentie...

36 Denique probatur nona conclusio: Deo, utpote perfectissimo artifice, concedi debet perfectissimus modus agendi imaginabilis...

placem & abstractivam notitiam illarum, & alianda talis modus causandi non repugnat: Ergo debet attribui Deo. Minor quantum ad primam partem videtur manifesta...

37 Dico quarto: Scientia visionis, quatenus formaliter visionis est, non est causa rerum, sed solum quatenus est approbationis...

38 Probatur primo ex S. Thoma hic art. 8. in fine corporis, ubi dicit: Scientiam Dei esse causam rerum, secundum quod habet voluntatem conjunctam...

39 Probatur tertio: Sicut enim licet intellectus & dictio sint unica actio intellectus, que simul est productiva verbi...

40 Probatur quarto: Sicut enim licet intellectus & dictio sint unica actio intellectus, que simul est productiva verbi, & contemplativa illius...

est, non potest esse causa efficiens rerum: hoc enim nullus Thomistarum unquam somniavit: nam illisolum contendunt scientiam visionis, quatenus est approbationis...

41 Objiciunt primo Adversarii: D. Thomas hic artic. 8. dicit: Scientiam Dei esse causam rerum, secundum quod habet voluntatem conjunctam...

§. III.

Sequitur argumentum ex auctoritate D. Thome petitum.

42 Ad primum locum D. Thome respondeo, concessa Majori, negando Minorem, ut enim dicit S. Doctor quest. 3. de veritate art. 3. ad 8. Scientia Dei simplex non est causa rerum...

43 Ad secundum respondeo distinguendo Minorem: Scientia visionis non est indifferens ad opposita, postquam a ratione scientie simplicis intelligentie transivit ad rationem scientie visionis...

44 Ad tertium responderetur, quod quando D. Thomas dicit res non esse a Deo per scientiam, sed per libertatem voluntatis, solum intendit, quod scientia Dei, non est causa rerum...

cacia causandi, que est in actu imperii, quo scientia visionis immediate producit creaturas.

Ad ultimum dicendum est, quod quando S. Doctor ait: Praesentiam Dei non importare universalem habitudinem causae respectu eorum quorum est, solum intendit eam non esse causam molorum, & peccatorum, que videt, & pratici...

§. IV.

Alia objectiones solvuntur.

Objicies secundo: Scientia visionis presupponit res ut exilientas, & factas a Deo. Ergo non est causa rerum. Consequentia patet, nulla enim causa presupponit suum effectum...

Secundo, Scientia intuitiva presupponit suum objectum jam factum, & existens, cum impossibile sit videre & intueri ea que non existunt...

Tertio, Scientia Dei se habet sicut scientia artificis, ut sape docet D. Thomas: Sed scientia artificis non fertur intuitive in artefactum, nisi postquam factum est...

Quarto, Scientia que subsequitur decretum, & voluntatem efficacem de futuratione rerum, est posterior illa: cum per tale decretum res ponantur extra statum mere possibilitatis...

Respondeo primo: Hec argumenta solum probare scientiam visionis, quatenus formaliter, & reduplicative visionis est, non esse causam rerum; cum sub hac ratione illas presupponit, in aliquo priori nature & rationis factas a seipsa...

Respondeo secundo, negando absolute Antecedens principale. Ad cuius primam probationem dicendum est, quod quando dicitur in Scriptura, Deum vidisse creaturas jam factas, hoc debet intelligi de scientia visionis, quatenus est conservativa creaturarum...

Ad secundam probationem ejusdem Antecedens, distinguo Majorem. Scientia intuitiva presupponit suum objectum, jam factum, & existens quando est mere speculativa, concedo, quando est eminenter speculativa, & pratica, nego...

Confirmatur & illustratur hec doctrina, & responsio pluribus exemplis. Primum sumitur ex mysterio Trinitatis, in quo Pater aternus, videndo Filium, ipsum producit, & ipsum producendo videt...

Constat autem visio, que est in actu imperii, quo scientia visionis immediate producit creaturas, non esse causam rerum, sed esse causam peccatorum, non solum quantum ad entitatem quam de materiali includunt, sed etiam quantum ad malitiam & deformitatem quam de formali importat...

do, speculativa simul & practica, & intuitiva, ac simul factiva sui objecti?

Ad tertiam probationem Antecedentis principalis, dicendum est, scientiam Dei practicam, convenire in aliquo cum scientia artificis creati, & in multis ab illa differre: conveniunt enim in hoc, quod utraque concurrat ad opus, non solum directive, sed etiam affective, ut constat ex supra dictis; differunt vero primo in eo quod artifex creatus, non operatur nudo & solo imperio, neque in instanti, sed cum mora temporis, & cum applicatione activorum, & passivorum. Ex quo fit, quod eus scientia, non potest intuitive ferri in opus, dum actu fit, sed solum postquam factum est: Deus autem producit res in instanti, & per solum distinctionem, & actum imperii, ut dicitur art. 4. nec indiget applicare activa passiva, sed educit res ex nihilo: unde eus scientia practica, potest in eodem instanti quo operatur, intuitive ferri in creaturas quas producit. Secundo differt scientia Dei a scientia artificis, in eo quod scientia artificis, post factum opus, est pure speculativa: quia artefactum dependet ab ea tantum in fieri, non autem in conservari: a vero res omnes creatae, a scientia Dei practica dependunt, non solum in fieri, sed etiam in conservari, juxta illud magis Gregorii supra relatum: Non existens videndo creat, & existens videndo continet. Unde scientia Dei respectu creaturarum, semper manet eminenter formaliter speculativa & practica, non tamen scientia artificis respectu artefactorum.

Ad ultimam probationem principalis Antecedentis, respondeo negando Majorem: ad cuius probationem dicendum est, quod licet ratione divini decreti, res sit future inchoative, & incomplete, non tamen totaliter & completo, quia (ut infra ostendimus art. 4.) principium immediate productivum rerum, & potentia executiva in Deo, non est ejus voluntas, sed intellectus practicus, qui producit res ad extra, per actum imperii formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem. Unde donec talis actus imperii fit & intelligatur in Deo, nondum intelligitur causa totalis & completa productionis, futurationis rerum, sed inchoativa dumtaxat & incompleta.

S. V.

Diluantur alia argumenta adversa sententiae.

Obijciunt tertio Adversarii: Sancti Patres, ut explicitent quia ratione divina praesentia nostram in agendo libertatem non laesat, utuntur interdum similitudine visionis nostrae, quae in ea quae certissimum nihil induit, & non causat, sed tantum intuetur res quae sibi obijciuntur: Ergo secundum doctrinam Sanctorum Patrum, si scientia visionis sit practica, & causa actuum nostrorum liberorum, destruet illorum contingentiam, & libertatem: erit enim quaedam suppositio antecedens nostris actibus liberis, quae secundum doctrinam Anselmi, non potest cum libertate coherere.

Respondeo primo: Similitudinem hanc visionis nostrae, in ea quae certissimum nihil influentis, quae interdum utuntur Sancti Patres, & in qua maximam vim faciunt Adversarii, sententiam illorum nihil plane juvare: quia si haec comparatio valeret contra nos, valeret etiam contra illos, & probaret Deum, nequidem scientia simplicis intelligentiae, causam esse actuum nostrorum liberorum, eamque esse mere speculativam, & intuitivam sui objecti, alias libertatem voluntatis nostrae destrueret.

Respondeo secundo: Similitudinem hanc visionis, & oculi corporalis, quae interdum utuntur Sancti Patres, popularem esse, & ad vulgi captum accommodatam, & ea solum intendere declarare, scientiam visionis in Deo, non esse obsequantem, & enigmatice, sicut est cognitio Prophetarum; sed claram & intuitivam, sicut visio oculi corporalis, eamque non plus detrahere de libertate nostram, quam visio quae certissimum aliquem libere operantem. Cum enim Deus per scientiam visionis operetur omnia, omnesque modos entis, de quorum numero est libertas nostrorum actionum, & contingentia rerum, tantum absque quod destruat libertatem, & contingentiam rerum, quia notius illam ponat, metatur, ac conservet, & faciat ut actiones humanae, non solum sint, sed etiam contingentes & libere fit.

Ad illud quod dicitur in contrarium in primis responderi potest falsum esse principium illud Adversariorum quod scilicet omnis suppositio antecedens tollat libertatem. Nec unquam id dixit Anselmus, sed solum quod necessitas antecedens, sive suppositio quae oritur a causis naturalibus, & necessariis, qualis est ortus Solis (quo exemplo ipsemet Anselmus utitur) tollit libertatem.

Ad id quod si hoc principium esset verum, tolleretur libertas in sententia Adversariorum, illi enim docent scientiam simplicis intelligentiae, ut habet adjunctum decretum, esse causam rerum, ac proinde actum nostrorum liberorum, & consequenter aliquam suppositionem

illos antecedentem; omnis enim causa debet esse prior suo effectui, prioritate scilicet naturae & causalitatis: Ergo si verum sit, quod omnis suppositio antecedens tollat libertatem, manifestum est, ex sententia Adversariorum, sequi excludendum, ac destrudendum libertatem.

Respondeo secundo, quod licet suppositio antecedens, quae non oritur a primo libero, & quae non defenditur a primo principio, & a prima velari radice libertatis, eam tollat & destruat, fecus tamen si descendat a primo libero, & a prima libertatis radice procedat: scientia autem visionis, cum supponat decretum, quod est prima radix, & primum principium libertatis creatae, & participat, & quod attingit non solum substantiam, sed etiam modum libertatis & contingentiae in nostris operationibus, est aliqua suppositio, descendens a primo libero, & procedens a prima libertatis radice: & ac proinde non tollens, sed causans libertatem, & contingentiam in rebus. Sed de hoc iuse in Tractatu de praedestinatione disput. 6. artic. 7. §. 3.

Obijciunt quarto: Ea scientia Deus producit creaturas, quae constituitur in actu primo agens, cum eadem virtus quae actum primum ponit, debeat in secundum prodire: Atqui scientia simplicis intelligentiae, Deus habet actum primum, seu potentiam ad creaturas producendas: Ergo ab illa, non a scientia visionis, debet prodire operatio, quae creaturae sunt.

Respondeo negando Majorem, quia scientia quae est causa rerum in actu secundo, debet esse libera. Scientia vero quae illa continet in actu primo, & quae Deus constituitur in actu primo agens, necessaria est: si vero illi addatur decretum, per quod fiat libera, a scientia simplicis intelligentiae, transiit in scientiam visionis, seu approbationis, & beneplaciti.

Ad id quod, si hoc argumentum aliquid valeret, probaret productionem creaturarum ascribendam esse potius voluntati Dei necessariae, quam libere, cum voluntas Dei non necessaria, habet primum actum, seu potentiam producendi creaturas, juxta Vasquez, & alios Reconciliatores, qui exilimant, potentiam executivam in Deo, non esse intellectum, sed voluntatem. De quo infra art. 4.

Obijciunt ultimo: Si scientia Dei libera, quae visionis appellatur, esset causa rerum, esset etiam causa peccatorum, cum ad illa etiam se extendat, & ea clare & intuitivo cognoscit. Sed hoc est impium, & blasphemum: Ergo scientia visionis non est causa rerum.

Respondeo negando sequentem, ut enim supra conclus. 4. ostendimus, scientia Dei libera, non est causa rerum, quatenus formaliter visionis est, sed solum quatenus est approbationis: Deus autem non cognoscit peccata per scientiam liberam, quatenus est approbationis, sed solum quatenus est visionis: quia illa nullum supponunt decretum positivum in Deo, quo velit, & approbet illorum existentiam, vel futurationem, sed permissivum tantum, quo vult permittere eorum malitiam, & deformitatem; & sic scientia visionis, quamvis sit causa rerum, non tamen est causa peccatorum, ut patet ex dictis in ultima probatione quartae conclusionis.

ARTICULUS III.

An ideo res sint futurae, quia sciuntur a Deo, vel ideo ab illo sciuntur, quia futurae sunt?

Faustus Episcopus Regiensis lib. 2. de gratia & humanae mentis arbitrio cap. 2. haec scribit: Praesentiam & praedestinationem Dei male intelligunt sentientes quod inde humanorum actuum causa nascitur. Primum quid ex quo pendat vel procedat perspicere debemus. Non propterea quodcumque homo facturus est, quia cum coelestis sit praesentia auctoritas, sed magis Deo praesentia ingreditur qualiter libertas praesentis hominis ac voluntas. Et iterum ibidem: Generalis itaque praesentia, quae de statu mundi totius apud Deum manet, de potentia nascitur, sed circa statum hominum, qualitates & species praesentandi, de humani actus intentione consistunt. Quibus verbis aperte docet, praesentiam Dei non esse causam humanorum actuum; putat enim quod si illorum causa esset, ita quod liberum arbitrium id esset cooperatum, quia Deus praesentit, tunc libertas omnino periret, quod ut videlicet inconveniens, affirmat circa actus humanos ideo Deum hoc vel illud praesentit, quia ita liberum arbitrium cooperatum est. Idem censent assertores scientiae mediae; qui pro hac sententia allegant Franciscum Romanum Magistrum, Generalem Ordinis Pradicatorum, de libertate & necessitate operum pag. 49. ubi sic dicit: Si ad antiquos Doctores in operibus, reperies fere omnes in hac unam convenisse sententiam, videlicet non ex eo quod Deus scit, aliquid esse futurum; Illa quia futurum est Deus videt; sic enim loquitur Hieronymus, S. Augustinus, Origenes, Chrysostomus, sic plerique Orthodoxi procedunt.

S. I.

Vera sententia futurius.

Dico tamen, hanc propositionem, Ideo res sunt futurae, quia sciuntur a Deo, esse veram in sensu causali; & illam falsam: Ideo res ut futurae cognoscuntur a Deo, quia futurae sunt; id quae dicente rationem in essendo, & causam formalem, aut virtutalem. Ita communitate nostri Thomae, quibus ex Patribus Societatis novissime se adiunxit Claudius Typhanus in libro de Ordine, deque priori & posteriori, cap. 34.

Probatur primo ex Sanctis Patribus supra relatis, praesertim ex Augustino 15. de Trinitate cap. 13. dicente: Uniusquisque creaturas suas spirituales aut corporales, non quia sunt ideo novit Deus, sed ideo sunt, quia novit. Non enim novit, quia fuerat creaturas, quia ergo scit, quia creavit, non quia creavit, scit. Ubi S. Augustinus aperte loquitur de scientia libera & nullo modo de scientia simplicis intelligentiae: loquitur enim de scientia, quae Deus scit & cognoscit futura ut futura, & de illa ait, ideo res creatae esse futuras, vel existentes, quia Deus scit illas esse futuras, vel existentes, quia Deus scit illas esse futuras, sed solum possibile, de quibus falsum est dicere ipsa existere, quia sciuntur a Deo; scientia enim illa non causat omnia quae cognoscit, alias causaret omnia possible: Ergo de illa & de ejus objecto non potest dici esse futura, quia scitur a Deo; sed solum de scientia libera, quae visionis appellatur. Unde Gregorius Magnus articulo praecedenti citatus: Quae sunt, non ab aeternitate ejus videntur, quia sunt, sed ideo sunt, quia videntur.

Probatur secundo conclusio ex D. Thoma hic art. 8. in resp. ad 1. q. 2. de veritate art. 14. ad 1. ubi explicans verba Origenis dicens: Quia futurum est aliquid, ideo scitur a Deo antiquum fact: Addit, hoc est intelligendum secundum causam consequentiam, non secundum causam essentiam. Id est in sensu tantum illativo, non causali.

Id etiam clare docet 1. contra Gent. cap. 67. ratione 7. his verbis: Res autem, a Deo scitae, non sunt priores ejus scientiae, sicut apud nos est, sed sunt ea posteriores: Ergo cum posteriores sint Dei scientia, non potest a priori procedendo concludi, quod ideo Deus praesentit, quia res futurae sunt, sed potius a priori debet dici, quod quia Deus res praesentit, ipse futurae sunt.

Nostram etiam conclusionem expresse docet Magister sententiarum in 1. dist. 38. his verbis: Neque etiam res futurae causa sunt Dei praesentiae, licet enim non essent futurae, nisi praesentirentur a Deo; non tamen ideo praesentirentur a Deo, quia futurae sunt; si enim hoc esset, tunc ejus quod aeternum est, aliquid existeret causa, ab eo aeternum, ab eo divinum, & ex creaturae penderet scientia Creatoris, & creaturae esset increata causa. Quibus verbis, non solum auctoritate sua conclusionem nostram confirmat; sed etiam rationem fundamentalem insinuat, quae communiter utuntur Thomistae ad illam demonstrandam, & quae potest sub hac forma proponi. Si ideo Deus praesentit res futuras, quia futurae sunt; & non e contra: ideo essent futurae, quia praesentirentur a Deo, scientia Dei mensuraretur a rebus creatis, & ab illis dependeret, quantum ad aliquam perfectionem realem, & sibi intrinsecam; nimirum quantum ad certitudinem, & veritatem: Sed hoc repugnat perfectioni divinae scientiae, quae cum sit ipsamet Dei substantia, non potest causaliter, vel dependere a rebus creatis, ut expresse docet D. Thomas hic art. 8. ad 3. dicens: Sicut scilicet naturalia sunt priora quam scientia nostra, & mensura ejus: ita scientia Dei, est prior quam res naturatae, & mensura scientiae. Et infra q. 16. art. 1. ponit hoc dilectum inter intellectum divinum, & nostrum; quod nosmet pendet a rebus, non vero divinus, & quo res potius pendet, & dicuntur verba, quae alii adhaerent: Item 1. 2. q. 93. art. 1. ad 3. haec scribit: Ratio intellectus divini dicitur se habere ad res, quam ratio humana intellectus, intellectus enim humanus est mensuratus a rebus, nec scilicet conceptus hominis non sit verus propter seipsum, sed dicitur verus, ex eo quod consonat rebus; ex hoc enim quod res est, vel non est, quia vera falsa est: intellectus vero divinus est mensura rerum, quia unaqueque res in tantum habet de veritate, in quantum imitatur intellectum divinum, ut dicitur in 1. parte, q. scilicet 16. art. 1. Quo nihil clarius & expressius dici potest in favorem nostrae sententiae. Cui etiam consonat illud quod dicit Boetius 5. de consolatione, prosa ultima, nempe: Deum praesentiam suam, non a rebus creatis, sed a propria simplicitate scirent esse. Sequela autem Majoris est evidens: Illa enim cognitio dependet ab objecto, & ab illo mensuratur, quantum ad veritatem & certitudinem, quod illud non facit, sed supponit: Atqui si ideo Deus cognoscit & sciat res futuras, quia futurae sunt, & non e contra divina scientia, non facit in rebus futurationem, nec proinde veritatem & certitudinem, deo illam suppo-

nit: Ergo quantum ad utramque perfectionem ab illis mensuratur & dependet.

Confirmatur primo: Illud quod habet suam perfectionem per adaequationem ad alterum, se habet ad illud ut mensuratum ad mensuram: etenim mensura est illud cui res debet adaequari, ut fortiori perfectionem sibi debitam: At cognitio quae non facit, sed supponit sibi objectum, habet perfectionem sibi debitam, veritatem scilicet & certitudinem, per adaequationem, & conformitatem cum illo: ideo enim est vera & certa, quia illi adaequatur, & non e contra: Ergo pendet ab objecto, quantum ad veritatem, & certitudinem, & ab illo mensuratur.

Confirmatur secundo: Cum Adversarii asserunt, ideo Deum praesentire res futuras, quia futurae sunt: vel usurpant particulas illas ideo, & quia, in sensu pure illativo, vel in sensu causali: Si primum, nobiscum sentiunt, non negamus enim talem propositionem esse veram in sensu illativo, & prout dicit solum rationem inferendi, sed tantum in sensu causali; & quatenus importat causam essendi, ut docet D. Thomas locis supra relatis. Si autem secundum dicant (ut necessario dicendum est juxta illorum principia) manifestum est, scientiam Dei pendere a rebus creatis in aliquo genere causae: alioquin talis propositio non posset esse vera in sensu causali, sed tantum illativo: sicut quia rationalitas in nullo genere causae a risibilitate pendet, haec propositio, Ideo homo est rationalis, quia risibilis, non est vera in sensu causali, sed tantum illativo.

Confirmatur tertio: In aeternis ratio prioris & posterioris solum petitur ex dependentia unius ab altero, unde cum praesentia Dei, & futurius rerum, sint ab aeterno; si divina praesentia sit posterior futurius rerum, & illam praesupponat, debet aliquo modo, & in aliquo genere causae, pendere a rebus futuris.

Respondent Adversarii, illas particulas, ideo, & quia, non sumi in sensu pure illativo, sed etiam causali; easque denotare quidem modum quendam causalitatis in rebus futuris, respectu divinae praesentiae; sed hanc causalitatem non esse effectivam, vel causae physice influentis in effectum, sed tantum objectivam, & causae objectivae moventis, vel terminantis divinam cognitionem. Unde dicunt scientiam Dei liberam pendere a rebus futuris, tanquam ab objectis, non vero tanquam a causis physice influentibus.

Sed contra primo: Ostendimus ex D. Thoma hic art. 8. in resp. ad 1. q. 2. de veritate art. 14. ad 1. ubi explicans verba Origenis dicens: Quia futurum est aliquid, ideo scitur a Deo antiquum fact: Addit, hoc est intelligendum secundum causam consequentiam, non secundum causam essentiam. Id est in sensu tantum illativo, non causali.

Secundo: Si scientia divina penderet a rebus creatis tanquam ab objectis, & in illis supponeret, & non faceret certitudinem & veritatem, non esset quantum ad hoc perfectior scientia Angelorum: cum enim illi non accipiant species a rebus, sed habeant a Deo infusas, illorum scientia non pendet a rebus creatis in genere causae efficientis, & physice influentis in intellectum eorum, sicut scientia nostra, quae accipit species a rebus, sed in genere tantum causae materialis & objectivae: Ergo si hoc secundo modo divina scientia penderet, & causeretur a rebus, non erit perfectior, nec magis independens ab illis, quam scientia Angelorum.

Tertio, Scientia Dei non est minus perfecta, nec minus independens a rebus creatis, quam ejus amor: Sed divinus amor non pendet, nec causeretur a bonitate & perfectione quae sit in rebus, nec illam supponit, sed potius efficit, ut docet D. Thomas infra q. 30. art. 2. ubi dicit: Amor Dei est infundens & creans bonitatem in rebus. Ergo similiter scientia Dei non pendet a certitudine & veritate quae sit in rebus, nec illam supponit, sed potius efficit, nec ideo verum est eam praesentire res futuras, quae futurae sunt; sed potius ideo ille futurae sunt, quia ab ea sciuntur, & cognoscuntur.

Quarto, Cum res creata non sint objectum formale & primarium divinae scientiae, sed materiale tantum & secundarium; illa non potest ab eis dependere, & mensurari, quantum ad veritatem, & certitudinem: veritas enim, & certitudo scientiae petitur solum ex objecto formali & specificativo, non autem ex materiali & secundario.

Potest etiam probari conclusio ex dictis articulo praecedenti: Scientia visionis, quatenus est libera, & approbationis, est causa futurationis rerum: Ergo haec propositio, Ideo res sunt futurae, quia sciuntur a Deo, est vera non solum in sensu illativo, sed etiam causali. Consequenter patet, nam quia rationalitas v. g. est causa risibilitatis, haec propositio, Homo est risibilis, quia rationalis, est vera non solum in sensu illativo, sed etiam in sensu causali: Ergo si scientia visionis in Deo sit causa rerum, haec propositio, Ideo res sunt futurae, quia sciuntur a Deo, erit vera in sensu causali, & non tantum in sensu illativo.

§. II.

Exponuntur aliqua affirmativa SS. Patrum, que videntur adversari nostre sententia.

73. Contra nostram sententiam, multa congerunt & accumulunt, Suarez, Ruiz, & alii Recentiores Sanctorum Patrum testimonio; quibus docere videntur, non ideo res esse futuras, quia presciantur a Deo; sed potius ideo illas a Deo presciri, quia futurae sunt: ita enim loquitur Origenes in cap. 8. Epistola ad Romanos. Item Justinus Martyr in libro questionum, q. 58. Non est, inquit, praenotio causa ejus quod futurum erat, sed quod futurum erat, causa est praenotio. Idem sentit Hieronymus Dialogo 3. adversus Pelagianos, ubi ait: Non ideo peccavit Adam, quia Deus hoc futurum novit; sed prescivit Deus quod ille erat propria voluntate facturus. Idem dicit Cyrillus Alexandrinus libro 9. in Joann. cap. 10. ubi hoc explicat exemplo medici, qui non est causa morbi quem agrosus intemperantia sua sibi ascribit. Similia docent Damascenus, Chrysostomus, & alii.

74. Ad haec familia loca, in primis respondeo illos Auctores, nimio zelo ductos impugnandi Thomistas; plura proferre testimonia, quae non minus contra eorum doctrinam pugnant, quam contra Thomistarum sententiam: illi enim docent scientiam simplicis intelligentiae, adjuncto beneplacito divinae voluntatis, esse causam rerum, ac proinde tenentur concedere, istam propositionem in sensu causali esse veram: *Idea res sunt futurae, quia presciantur a Deo per scientiam simplicis intelligentiae*, & tamen SS. Patres ab illis relati, absolute dicunt, praesentiam Dei non esse causam futuritatis rerum, nec ideo res esse futuras, quia presciantur a Deo, sed ideo, ab illo presciri, quia futurae sunt. Quod si illi contendant, Sanctos Patres in his locis, non loqui de scientia simplicis intelligentiae, sed tantum de scientia visionis; cur etiam nobis non licebit similem expositionem adhibere, & uti eadem licentia ipsos interpretandi; ac similiter dicere, eos non loqui de scientia visionis, sed de scientia simplicis intelligentiae? Et haec nostra interpretatio magis erit consona illorum menti, & intentioni, quam expositio Adversariorum: cum enim Sancti Patres in his locis disputent contra Manichaeos, & intendunt demonstrare contra illos, divinam praesentiam nequaquam officere libertati creatae, nec ullam inferre rebus necessitatem, aut coactionem: quando dicunt, non ideo res esse futuras, quia a Deo sciuntur; hoc potius debet intelligi de scientia naturali, & necessaria, qualis est scientia simplicis intelligentiae, quam de scientia libera, quae libertatem potius fovet & conservat, quam ledere, aut violare videtur.

75. Secundo respondeo, Sanctos Patres in his locis manifeste loqui de peccatis, de quibus verissimum est dicere, illa non esse futura, quia sciuntur & cognoscuntur a Deo per scientiam visionis: cum enim illa non sit causa rerum, quatenus formaliter visionis est, sed solum quatenus est praesentia, & approbationis; & peccata non cognoscuntur a Deo per scientiam liberam, quatenus est approbationis, sed solum quatenus est visionis; verissimum est, peccata non esse futura, quia a Deo cognoscuntur per scientiam visionis.

76. Tertio dici potest, quod, si intendunt Sancti Patres non loquantur de peccatis, sed de actibus bonis, vel indifferentibus, solum intendunt divinam praesentiam non esse causam totalem & adequatam illorum; ita quod ejus causalitas impedit vel excludat liberam determinationem, & cooperationem nostrae voluntatis, tanquam secundi liberi, & secundi determinantis, eique miserat aliquam violentiam vel coactionem. Quae responsio & interpretatio sumitur ex D. Thoma quae 2. de veritate art. 14. ad 1. ubi sic habet: *Dicendum est, quod intentio Origenis est ista, quod scientia Dei non est causa que inducit necessitatem in se, ut ex hoc cogatur aliquid evenire, quia Deus illud scit*. Et in hoc sensu dixit Anselmus in libro de concordia: *Si praesentia Dei traheret voluntatem nostram ad id quod prescivit, Deus futura libera non presciverit, sed fingeret*.

77. Denique responderi potest cum eodem Sancto Doctore hic art. 8. ad 1. quando Sancti Patres affirmarunt, non ideo res esse futuras, quia sciuntur a Deo, eos locutos esse de scientia & cognitione divina, attendentes rationem scientiae, cui ut sic non competit ratio causalitatis; alioquin scientia quam habet malorum, esset eorum causa; sed solum quatenus habet voluntatem adjunctam, sive quatenus est applicata per decretum: cumque dicunt Deum prescire aliqua, quia sunt futura, id intelligendum est secundum rationem consequentiam, non secundum rationem essendi, id est in sensu illativo, non causali; si enim aliqua sunt futura, sequitur quod Deus ea pra-

escierit, non tamen res futurae sunt causa cur Deus sciat. Unde mirari licet Adversariorum consilium litigandi de mente D. Thomae adeo comperita: cum enim ipse interpretetur Origenem, alioque SS. Patres afferentes res sciri a Deo, quia futurae sunt; & dicat hoc esse verum a posteriori, & secundum causam consequentiam, sicut nos respondemus; velint nostram responsionem alienam esse a mente D. Thomae, cujus tamen ipse est auctor conceptus verbi.

Lectori facillimum erit quibuslibet testimoniis Sanctorum Patrum quae ab Adversariis proferuntur quam vellet ex his, & quae cuique commoda erit, expositionem applicare.

Sed contra ultimam ex D. Thoma desumptam, tripliciter insunt Recentiores, & dicunt primo, quod Sancti Patres loquentes de peccatis futuris, illam contrapositionem faciunt; *Non ideo sunt futurae, quia sciuntur a Deo; sed ideo sciuntur, quia futurae sunt*: Ergo nisi aequivoce nimis loquantur, in eodem sensu accipi debet particula, *ideo*, in utraque extremo contrapositionis: At si accipiatur ut pure illativa, non minus est verum, si dicatur: *Quia sciuntur peccata ideo erit; quam ideo sciri quia erit*: cum non minus inferatur ex praesentia futuritatis peccati, quam ex futuritione praesentiae. Ergo utrumque concedendum esset: unde cum unum concedatur, & aliud negent, manifestum est illos in sensu causali, non autem pure illativo locutos esse.

Secundo insunt ex verbis Justinii Martyris supra relatis, quibus expresse asserit, futuritionem esse causam illativam praesentiae: *Non est, inquit, praenotio causa ejus quod futurum est, sed quod futurum est causa est praenotio*.

Tertio insunt Averbal ex verbis Origenis, qui reddens rationem cur Dei praenotio non sit causa futuritionis rerum, sic ait: *Est singularis Deum non praescire aliquam futuram, tamen scire sine dubio erit*. Quibus verbis Origenes probat Dei scientiam non esse causam futuritionis rerum, quia quamvis illam praesentem a Deo, non ideo compellitur negare rerum futuritionem. Quo argumento communitur uti solemus, ad probandum tum non esse causam alterius: Ergo juxta Origenem, non ideo res futurae sunt, quia sciuntur a Deo, sed ideo ab illo sciuntur, quia futurae sunt.

Ad primam instantiam dicendum est, non esse necessarium quod particula, *ideo*, in utraque propositione, in eodem sensu accipiatur, sed illam in una posse accipi in sensu illativo, & in alia in sensu causali: quia diversitas illa acceptiois deservit ad SS. PP. intantum, quod est salvare contra Manichaeos, Deum non esse causam peccati. Maxime, quia Ecclesiae Patres, saepe quando unum errorem impugnant, solent in apparentia in oppositum declinare; & sic non mirum, quod intendentes salvare Dei scientiam non esse causam peccati, utantur verbis praefatis ferentibus causalitatem peccati in divinam praesentiam. Unde in hoc sensu debent intelligi verba Justinii Martyris in secunda instantia relata; & per hoc patet responsio ad illam.

Ad tertiam dicatur, Origenem in his verbis locutum esse de peccatis futuris, quorum quia non est causa divina praesentia, recte dicit quod etiam si singularis Deum ea non praescognoscere, illa nihilominus futura essent.

§. III.

Solvuntur alia argumenta ex ratione petita.

Præter haec testimonia Sanctorum Patrum, in quibus 80 precipuum robur suae sententiae consistunt Adversarii, arguit Vasquez contra nostram conclusionem, hoc modo. Quilibet scientia suum objectum supponit, & non facit: Ergo cum scientia visionis terminatur ad res, ut futuras & existentes, non facit sed supponit illarum futuritionem & existentiam: ac proinde non ideo res sunt futurae, quia ab illa sciuntur, sed potius ideo ab illa sciuntur, quia futurae sunt. Consequentia patet. Antecedens vero probat tripliciter. Primo ex Augustino lib. 4. super Genes. ad litteram, ubi sic habet: *Non enim cognitio fieri potest, nisi cognoscenda praecedant*. Secundo probat idem Antecedens: Intellectus (inquit) ideo dicitur verus, quia intelligit rem esse ut est; non vero e contra ratio ideo res sunt verae quia adaequantur intellectui eas cognoscunt. Tertio probat a simili, scientia simplicis intelligentiae rerum possibilitatem supponit, quia haec est illius objectum: Ergo cum existentia, & futuritio rerum, sint objectum scientiae visionis, illa debet pariter supponere rerum futuritionem.

Confirmat haec argumenta: Omnis causa suum effectum procedere debet: Ad notitia intuitiva, nequit procedere existentiam sui objecti, cum illam habeat pro objecto: Ergo nequit illam causare, sed necessario debet illam supponere.

Ad haec argumenta sufficienter responsum est articulo precedenti, ubi familia propositum & solvimus; ut tamen

in Adversariis plenius respondeamus; & illis satisfactioem, non solum condignam & rigorosam, sed etiam superabundantem ac excedentem exhibeamus, iterum respondendum distinguendo Antecedens: Quilibet scientia suum objectum supponit, & non facit: si sit tantum speculative, concedo. Si sit eminenter speculativa & practica, nego, vel si sit mensurata a rebus, concedo. Si sit mensurata reum, nego. Scientia autem visionis in Deo, non est pure speculativa, ut supponit Vasquez, & non probat (cum tamen in illius probatione, totum fere negotium hujus dissertationis, consistat) nec mensuratur a rebus, sed potius est illarum regula & mensura.

81. Ex hoc facile responderetur ad omnes probationes, quas ille Auctor inutiliter & otiose multiplicat. Ad primam enim dicendum, D. Augustinum loqui de cognitione pure speculativa.

Ad secundam similiter responderetur intellectum qui non facit, sed supponit suum objectum, & qui mensuratur a rebus, ideo esse verum, quia cognoscit rem sicuti est: si autem suum objectum faciat, & sit mensura rerum, ideo res sunt verae, quia ab illo cognoscuntur: unde, ut supra vidimus, D. Thomas, variis in locis, hoc inter intellectum divinum & creatum discrimen statuit, quod intellectus creatus supponit veritatem in rebus, & non facit; intellectus vero divinus est causa & mensura totius veritatis; quae invenitur in rebus: sicut ejus amor est potens & infundens totam bonitatem & perfectionem, quae in eis reperitur: unde sicut res non amantur a Deo, quia sunt bonae; sed potius ideo sunt bonae, quia ab illo diliguntur: ita similiter intellectus divinus, ideo non est verus, quia res adequatur; sed potius ideo res sunt verae, quia illi adequantur.

Ad tertiam, dicit Antecedens, nego Consequentiam & pariter: scientia enim simplicis intelligentiae, cum sit pure speculativa, non facit, sed supponit suum objectum: scientia autem visionis, cum sit eminenter speculativa & practica, illud non supponit, sed efficit, ut supra fuse declaravimus: unde quamvis detur quod scientia simplicis intelligentiae non faciat, sed supponat rerum possibilitatem, negari tamen non debet, scientiam visionis esse causam existentiae & futuritionis illarum.

Ad confirmationem dicendum est de ratione causae non esse quod antecedat effectum, prioritate in quo, seu temporis; sed solum prioritate a quo, seu naturae: de ratione autem notitiae, seu cognitionis intuitivae, solum esse similitudinem in quo respectu objecti, non autem similitudinem excludentem prioritatem naturae, seu a quo, ut articulo precedenti declaravimus.

ARTICULUS IV.

An sit admittenda in Deo potentia aliqua executiva, virtualiter ab ejus intellectu & voluntate distincta?

83. Resolutio hujus difficultatis, necessaria est ad plenam, & perfectam intelligentiam eorum quae de divina scientia causalitate huc usque diximus: unde quamvis de illa disputent plures Theologi cum Sancto Thoma infra q. 25. ubi agit de divina potentia; non tamen hic inferamus, ac precedentibus articulis adiungimus, veluti appendicem, & complementum hujus dissertationis. Ut autem status questionis clare percipiatur,

84. Observandum est, quod in actibus agentis spiritalis duplex solet ordo distingui: unus dicitur intentionis, qui incipit a cognitione & intentione finis, & terminatur ad electionem mediatorum; alter executionis, qui incipit ab actu subsequente electionem, & terminatur ad externam operis positionem. In nobis ergo antequam aliquem finem consequamur, debet prius procedere cognitio illius, secundo ejus intentio, tertio consilium de mediis eligendis, quarto iudicium huius sententia, qua iudicatur hoc vel illud medium esse convenientius, quinto sequitur electio ipsius voluntatis, & in ea terminatur ordo intentionis. Sed quia parum prodesse bene eligere, si deest executio, ideo post electionem sequitur actus intellectus, qui dicitur imperium, quod scilicet mediatorum executioni imperatur: post autem imperium est usus activus, quo voluntas applicat potentias executivas ad opus, v. g. manum artificis ad parandos lapides, dolandam ligna &c. Denique est ipse actus potentiae executivae sic applicatae, qui dicitur usus passivus, ad quem sequitur positio operis & consecutio finis. Queritur ergo, an sicut in nobis datur aliquid potentiae executivae, ab intellectu, & voluntate realiter distincta, quae ut applicata a voluntate, operatur & producit res ad extra: ita etiam in Deo similis potentia admittenda sit ab ejus intellectu, & voluntate virtualiter saltem distincta; vel ab voluntate divina, ut ab intellectu directae, per scientiam simplicis intelligentiae, aut intellectus ejus practicus, ut motus, & applicatus a voluntate, per scientiam visionis, sit principium immediate productivum, & effectivum rerum ad extra?

85. Prima sententia admittit in Deo potentiam aliquam exe-

cutivam, ab ejus intellectu & voluntate virtualiter distinctam. Ita Durandus in 1. dist. 38. & Suarez in Metaphysica disp. 30.

Secunda existimat, potentiam executivam in Deo, esse voluntatem, ut connotat intellectum dirigentem. Ita Vasquez hic disp. 102. c. 3. & plures ex Recentioribus.

Tertia vero quae est communis in Schola D. Thomae, docet talem potentiam in Deo esse intellectum ejus practicum, ut motum, & applicatum a voluntate, illiusque producere res ad extra, per actum imperii, & formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem.

§. I.

Suarez Sententia rejicitur.

86. Deo primo, non dari in Deo potentiam executivam, ab intellectu, & voluntate virtualiter distinctam.

Colligitur ex D. Thoma variis in locis, in quibus docet scientiam Dei esse causam rerum, secundum quod habet voluntatem conjunctam; & in Deo suum intelligere, suum velle, esse suum facere: quae falsa essent, si in eo daretur potentia aliqua executiva, ab ejus intellectu & voluntate virtualiter distincta. Unde idem S. Doctor 1. p. q. 25. art. 1. in secunda solutione 4. argumenti dicit, *Scientia vel voluntas divina, secundum quod est principium effectivum, habet rationem potentiae*.

Eadem veritas hac ratione suadet, Deus esse simplicissimus, & naturae pure intellectualis: Ergo in illo non debent admitti aliae potentiae, nisi illae quae pertinent ad gradum intellectivum: Sed ad gradum intellectivum non pertinent aliae potentiae, quam intellectus & voluntas, & nullaeque praesupponunt essentialiter cognitionem; unde in Angelis non admittitur talis potentia, ut distincta ab illorum intellectu & voluntate, sed illi operantur ad extra per actum imperii, virtualiter transeuntem, ut docet Sanctus Thomas opus. 1. art. 3. ubi dicit, *Angeli movent eos conceptione sui intellectus effectus*: Ergo non datur in Deo potentia executiva, ab intellectu & voluntate virtualiter distincta.

87. Confirmatur: ideo in nobis admittitur potentia executiva, distincta ab intellectu & voluntate, quia non sumus naturae simplicis, sed mixtae ex spiritali, & corporea, vel quia in nobis distinguitur usus activus ab usu passivo; nam postquam diximus apud nos, *fac hoc*, debemus organa applicare ad executionem illius deliberationis; vel denique, quia in nobis voluntas est inefficax, nec volendo potest operari; & similiter intellectus noster, respectu objectorum, est mere speculativus & non practicus. Sed haec omnes rationes cessant in Deo, ipse enim est naturae simplicissimae, & pure spiritalis, imperium ejus quo dicit, *fac hoc*, non ordinatur ad seipsum applicandum ad opus, sed ad ipsam rem immediate exequendam. Item intellectus, & voluntas in Deo, non sunt potentiae pure speculativae, sed etiam practicae, unde D. Thomas, & alii communiter ponunt hanc differentiam inter actus creatos & increatos cognitionis & amoris, quod illi supponunt veritatem, & bonitatem in objecto quod attingunt, illi vero illam faciunt & producent: Ergo licet in nobis detur potentia executiva, ab intellectu & voluntate distincta, in Deo tamen non debet admitti.

88. Probatur secundo: Potentia executiva, distincta ab altera ordinante & imperante, dicitur imperfectiorem, tum ex parte potentiae imperantis, tum ex parte ipsius executivae: Ergo non est admittenda in Deo. Consequentia patet, Antecedens probatur, quantum ad primam partem. Ideo enim ponitur potentia executiva, distincta ab altera ordinante, & imperante, quia ista in se non habet sufficientem efficaciam, ut res mandetur executioni; nec res ipse ad extra perfecte obediunt & subjiciuntur; & idcirco indiget aliquo distincto a se, quo tanquam instrumento res ipsi subjiciantur, & illa executionem habeat: sicut quia homo manu sua non habet vim sciendi, aut frangendi aliud, indiget securi, aut malleo ad id exequendum; & quia lux imaginationis, & appetitus non perfecte subjiciuntur organa corporis, & multo minus corpora extra se, indigent virtute motiva, quae organa moveat & corpora ad extra impellat.

89. Probatur etiam Antecedens, quantum ad secundam partem, quod scilicet sit imperfectio ex parte virtutis executivae; quia talis potentia, & virtus, quando est distincta ab altera ordinante, & sibi imperante, non se habet ut movens & agens, sed ut pure mota, & per modum instrumenti respectu alterius: unde si in Deo admittatur potentia executiva, virtualiter distincta ab intellectu, & voluntate, illa se habebit per modum instrumenti, & operabitur, ut mota ab alia, & illi obediendo, quod imperfectiorem potentialitatis importat.

Præterea, in potentia imperante ponitur efficacia minus plena & perfecta, & cui res ad extra non plene subjiciuntur, nec obediunt: Dei autem voluntati, & imperio,

perio, perfectissima creatura subiecta sunt, & multo magis, quam illa potentia executiva, si in Deo daretur; hac enim esset divina, & sic non operaretur ex subiectione ad intellectum imperantem; creatura autem ex plenissima subiectione ad Deum operatur; Ergo immediate voluntas, seu intellectus Dei imperans, agit in creaturas, non autem mediante potentia executiva, ab illis virtualiter distincta.

92. Dices: Quae distinguuntur realiter in creaturis, transfata in Deum distinguuntur in eo virtualiter: Sed potentia executiva in nobis distinguitur realiter ab intellectu, & voluntate, iuxta probabiliorem sententiam, quam docent nostri Thomistae in libris de anima; Ergo in Deo distinguuntur ab illis virtualiter.

Confirmatur: Ille potentia distinguuntur virtualiter in Deo, quae habent distinctos actus, & diversa objecta: Sed potentia executiva in Deo habet distinctum actum ab eius intellectu, & diversum objectum ab illo; actus enim intellectus divini, est scire, seu intelligere, & objectum illius formale & specificativum, & ipsa essentia divina, non autem creatura; actus vero potentiae executivae est facere, seu producere; & objectum illius est sola creatura, non autem essentia divina, quae non est factibilis: Ergo potentia executiva in Deo, virtualiter ab eius intellectu distinguitur.

93. Ad objectionem respondeo distinguendo Majorem: Quae distinguuntur realiter in creaturis ex genere suo, & ex propria ratione formali, distinguuntur virtualiter in Deo, concedo. Quae distinguuntur ex limitatione, & potentialitate creaturae, nego. Potentia autem executiva non distinguitur in nobis realiter ab intellectu & voluntate, & ex propria ratione formali, sed ratione potentialitatis, & limitationis naturae humanae, quae non est pure intellectualis, & simplex, sed mixta ex corpore & spiritu, ut constat ex dictis.

Ad confirmationem concessa Majori, nego Minorem, quantum ad utramque partem: actus enim intellectus speculativi, est quidem tantum scire, & intelligere, imperium tamen, quod est actus potentiae executivae, procedit ab intellectu practico, praesupposita tamen motione voluntatis, ut dicemus conclusionem sequenti. Similiter objectum specificativum divinae omnipotentiae, est essentia divina; quia licet illa non sit factibilis, & producibilis, est tamen ratio faciendi, & producendi creaturas, quae pertinent tantum ad objectum materiale, & secundarium illius.

§. II.

Opinio Vasquez, resellitur, & D. Thoma, ac Discipulorum eius sententia stabilitur.

94. Deo secundo: in Deo potentia immediate executiva, non est voluntas, sed intellectus practicus, ut motus & applicatus a voluntate.

Probatum primo ex D. Thoma hic art. 8. ubi dicit, *Forma intellectus est principium operationis, sicut calor est principium caliditatis, non tamen nisi voluntate adiuncta.* Unde cum calor sit principium immediate productivum caloris, manifestum est, in sententia Divi Thomae, quod intellectus divinus, per scientiam eius practicae, est principium immediate productivum rerum ad extra; quantumvis ut operetur, requiritur motus, & applicatio voluntatis. Quare si intendam attribui productionem rerum voluntati divinae, hoc intelligendum est de principio movente, & applicante, non autem de principio immediate exequente.

95. Probatum secundo ratione fundamentali. Illud attributum in Deo est immediate productivum creaturarum, quod elicit actum per quem Deus de facto producit creaturas: Atqui talis actus non procedit elicitive a voluntate, sed ab intellectu practico, ut motu a voluntate divina: Ergo principium immediate productivum creaturarum, non est voluntas Dei, sed eius intellectus practicus. Minor probatur, Deus ad extra producit creaturas per actum imperii, quo dicit, *facta sunt, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt.* Sed imperium est actus elicitivus ab intellectu practico, ut motu a voluntate; sicut docent Theologi cum Sancto Thoma 1. 2. q. 17. art. 1. Ergo actus quo Deus ad extra producit creaturas, non procedit elicitive a voluntate, sed ab intellectu practico, ut motu a voluntate.

96. Confirmatur: In Scriptura Deus dicitur producere creaturas, per dictionem & locutionem internam, ut constat ex locis iam relatis: At dictione, & locutio interna, non pertinent ad voluntatem, sed ad intellectum, qui est velut os, aut lingua substantiae spiritualis, secundum illud Psalm. 31. *Os iusti meditabitur sapientiam.* Unde etiam Divina Sapientia Ecclesiastica 24. dicit se ex ore Altissimi (id est intellectu Patris) prodidisse: Ergo actus quo Deus ad

extra producit creaturas, non pertinet ad voluntatem, sed ad intellectum, ut motum a voluntate.

Sicut igitur Pater aeternus producit Filium per dicere notionale, ita & omnes Personae Sanctissimae Trinitatis producent creaturas per dicere commune & essentiale; sive per actum imperii, formaliter immanentem, & virtualiter transiuntem. Imperium autem, ut docent Theologi cum Sancto Thoma 1. 2. q. 17. tria importat: scilicet directionem, intimationem, & motionem; duo prima habet intellectus a seipso, tertium vero illi communicatur a voluntate, quae est primum movens quantum ad exercitium: nam haec duo potentia, quoad suas operationes, se mutuo juvant, intellectus dirigit voluntatem, & illam determinat ad speciem actus; voluntas movet, & applicat intellectum, illumque determinat ad exercitium: unde sicut ordo qui reperitur in actibus voluntatis, est ab intellectu dirigente, & ordinante; ita & vis movendi quae reperitur in actu imperii, est a voluntate movente, & applicante. Quare ex hoc triplici actu, scilicet ex directione, & intimatione intellectus, ac motione voluntatis, coalescit actus efficax imperii divini, quod non solum dirigitur ad creaturas racionales, sed imperium humanum & politicum, sed etiam ad insensibiles & inanimatas: nam Deus vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt, & insensibilia illi ut sensibilia obediunt. Unde Job 38. *maridixit, Ubiq; hic venit, & non procedes amplius, & hic confinges rumentis stultus tuos.* Et Joann. 11. *Christus ait Lazaro mortuo, Lazare veni foras.* Et Matth. 8. *imperavit ventis & mari.* Ubi eleganter Hieronymus: *Ex hoc loco intelligimus, quod omnes creaturae sentientes Creatorem imperantem, non errore Hereticorum, qui omnia putant animata: sed majestate conditoris, quae apud nos insensibilia, sibi sensibilia sunt.* De actu imperii plura dicemus in Tractatu de praedestin. disp. 1. art. 3. in Tractatu de actibus humanis, disputazione 11. per totam.

§. III.

Solvuntur objectiones.

97. Contra istam conclusionem objici potest: Productio creaturarum in Scriptura saepe attribuitur divinae voluntati dicitur enim Psalm. 134. *Omnia quaecumque voluit Dominus fecit.* Et ad Ephes. 1. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae.* Ergo potentia immediate operativa in Deo, non est intellectus, sed voluntas.

Confirmatur: D. Thomas infra q. 19. art. 4. ad 4. ait, *quod ejusdem effectus scientia in Deo est causa ut dirigens, voluntas ut imperans, & potentia ut exequens.* Ergo secundum D. Thomam, scientia in Deo non concurrat effective ad productionem rerum, sed tantum directive.

Respondeo quod cum actus imperii quo Deus producit creaturas, pertinet partim ad intellectum, partim ad voluntatem, modo supra explicato; Scriptura interdum attribuit productionem rerum divinae volitioni, scilicet tantumquam causae moventi; interdum vero eius dictioni, & locutioni, tanquam causae operanti, & exequenti. Unde Apostolus dicit quod Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis suae. Ubi, ut notavit Glossa, prius ponitur consilium, quod pertinet ad intellectum, & postea additur, voluntatis suae: ut per hoc significetur, quod intellectus divinus, ut motus & determinatus a voluntate, est causa rerum.

Ad confirmationem dicendum est, quod quando Sanctus Thomas ait quod scientia in Deo est causa dirigens, loquitur de scientia simplicis intelligentiae, quae concurrat tantum directive ad productionem rerum, unde addit, *Scientia qua concipitur forma operis.* Quibus verbis aperte significat, se loqui de scientia, quae continet ideas rerum possibilem, quae est scientia simplicis intelligentiae. Cum vero subdit, *quod voluntas se habet, ut causa imperans,* loquitur de imperio, quatenus importat motionem & impulsivum; sub quo ratione (ut diximus) pertinet ad voluntatem, non vero ad intellectum. Denique quando subiungit, *quod potentia se habet ut exequens,* per illam potentiam exequentem, significat ipsum intellectum, ut practicum, & ut motum ac applicatum a voluntate; sub quo ratione gerit vices potentiae executivae in Deo, & est immediatum principium operationis ad extra; unde ibidem ait, *intellectus speculativus nihil dicit de operando.*

Quod si aliquis contendat, per potentiam illam exequentem, S. Doctorem significare potentiam aliquam virtualiter distinctam ab intellectu & voluntate, dicendum est cum Cajetano & Alvarez, illum idem corripisse, seu potius magis explicasse infra q. 25. art. 1. in a. solutione quarti argumenti, ubi dicit, *scientia divina, secundum quod est principium effectivum, habet rationem potentiae.* Quibus verbis aperte declarat, scientiam Dei ut applicatam per decretum, habere rationem potentiae operativae ad extra, per actum imperii.

DISPUTATIO IV.

De Scientia futurorum contingentium.

HIC aggredimur gravissimas hujus temporis, & Tractatus questiones, ac controversias, & relicto, ut ita dicam, litore, in altum ducimus: Christus dicebat Petro Luca 5. id est (ut explicat D. Ambrosius lib. 4. in cap. 5. Luca) in profundum disputationum ingredimur. Agimus enim de scientia futurorum contingentium, quae tot rixas & contentiones inter Patres Societatis & Thomistas olim excitavit. Verum cum notitia cujuslibet scientiae ex objecti sui cognitione maxime pendeat, praequam celebres illas controversias discutamus, tria in hujus disputatioe limine praemittemus & declaranda censuimus, quae magnam lucem afferent his quae in toto ejus decursu dicturi sumus: nimirum quid sit futurum, quid contingens, & quomplex detur futurum contingentis? Unde fit

ARTICULUS I.

Quid & quomplex sit futurum contingentis?

§. I.

Resolvitur prima pars quaesiti, & declaratur in quo essentialiter consistat futurum.

98. Deo primo: Rem consistit in ratione futurae, per determinationem, preparationem, & ordinationem causarum ad illius productionem: ac proinde futurum recte definitur, quod est determinatum in causa ad habendam existentiam pro duratione sequenti. Est contra plures ex Recentioribus, qui videntes ex hac definitione futuri, se qui manifestam destructionem scientiae mediae (ut constat ex infra dicendis) illam negant. Unde P. Annatus in libro quem edidit pro defensione scientiae mediae disp. 1. cap. 2. ait aliquid esse futurum, nihil aliud significare, quam aliquando contingere rem habere suam existentiam, etiam si quae contingat casu, id est, nulla quoad hoc processerit determinatio in Deo, sed tantum praesentia; & adeo firmam patet hanc doctrinam, ut nihil possimus illi opponere, quantumvis nos excutiamus. Sed ut clare pateat, quam parum soliditatis & probabilitatis habeat haec sententia.

99. Probatum primo conclusio ex D. Thoma q. 2. de verit. art. 12. ad 7. ubi ait: *Cum dicitur hoc est futurum, designatur ordo qui est in causa illius rei ad productionem ejus.* Et in 1. diff. 38. q. 1. art. 5. dicit, *Deus videt ordinem sui ad rem, ex cuius potestate rei erat futura: ille autem ordo, nihil aliud esse potest, quam determinatio divinae voluntatis, ad res producendas, per quam transferuntur a statu mere possibilitatis ad statum futurationis.* Idem docet 1. cont. Gent. c. 67. 1. Perihem. c. 8. 2. q. 171. art. 6. ad 2. Et in hac parte q. 16. art. 7. ad 3. ita expresse loquitur, ut nullus dubitationi relinquatur locus: dicit enim, *Omne quod est, ex eo futurum fuit, antequam esset; quia in causa sua erat ut fieret; unde sublati causa, non esset futurum illud fieri &c.* Et tandem in hac q. art. 13. sic habet: *Alio modo potest considerari contingens, ut est in sua causa, & ita consideratur ut futurum: Ergo ex D. Thoma; res est, & denominatur futura, a preparatione, ordinatione, seu determinatione causarum ad illius productionem.*

100. Probatum secundo ex D. Augustino, qui cap. 9. de corrept. & gratia, & lib. 6. de Genesi ad litteram cap. 17. dicit, *Deum futura scire, nihil aliud est, quam eorum causas preparare.* Et Tractatu 68. in Joann. docet quod Deus fecit futura, ea praedestinando.

101. Probatum tertio ratione ex dictis locis desumpta. Rem esse futuram, est aliqua denominatio realis, non quidem intrinseca, sed extrinseca: denominatio enim intrinseca non potest competere rei non existenti. Ergo debet ab aliqua forma reali, & extrinseca provenire: At talis forma non potest esse alia, quam determinatio causae ad eius productionem: Ergo rem esse futuram, nihil est aliud, quam ipsam esse determinatam in causa, ad habendam existentiam pro tempore sequenti. Major, & prima Consequenter patet, Minor probatur. Talis forma non potest esse ipsa causa, praesens ut potens ad producendum effectum: cum ut sic tantum tribuat denominationem possibilitatis: non potest etiam esse eadem causa, ut acta influens esse in effectum, sic enim dat denominationem existentis: Ergo solum potest esse eadem causa, ut determinata ad dandum illi existentiam in duratione sequenti.

102. Respondet Suarez prolog. 2. de gratia cap. 7. rem non esse, nec denominari futuram, a determinatione causae, sed ex habitu ad existentiam pro determinato tempore habendam.

Sed haec responsio magis confirmat, quam infirmet vim Thom. Conet, Tom. I.

argumenti propositi: Cum enim habitudo ad existentiam pro determinato tempore habendam, nulli reicreat conveniat essentialiter, & ab intrinseco, debet ei competere ab extrinseco, & ex aliqua causa efficiente: unde cum non possit ei competere a tali causa, praesens ut potens, & indifferente ad dandum illi esse: ei convenire debet ab eadem causa, ut preparata, & disposita, ac determinata ad ejus productionem.

Probatum tertio conclusio, & magis confirmatur, & 6 explicatur ratio praecedens. Res futura consistit debet in ratione futurae, per illud, per quod distinguitur a mere possibili, & existenti: Sed ab utraque distinguitur, per hoc quod sit determinata in causa ad habendam aliquam existentiam: Ergo per talem determinationem constituitur in ratione futurae. Major est evidens, ut enim dicitur Philosophi, idem est constitutum rei, ac distinctivum illius a qualibet alia. Minor vero declaratur, & probatur. Res mere possibilis continetur in causa indeterminata, & indifferente ad dandum illi esse. Res existens, est totaliter extra suas causas; cum existentia idem sit, ac sitientia rei extra causam. Atqui loca determinatio in causa, facit differre rem futuram a re quae est omnino extra causas, & a re quae est in causa omnino indifferente, & indeterminata: Ergo determinatio in causa, distinguit rem futuram, ab existente, & mere possibili. Major constat, Minor etiam non est minus evidens. Res enim futura, nondum est extra suas causas, alias esset praesens, & existens; nec etiam est intra causam omnino indifferente, & indeterminatam, ad dandum illi existentiam; alioquin esset mere possibilis, nec magis esset futura, quam non futura; & cum continetur intra causas, & per hoc differat a re existente, quae est omnino extra causas; ut differat a re mere possibili, debet esse intra causam cum determinatione; & sic res futura, erit illa quae est determinata in sua causa, ad habendam existentiam pro duratione sequenti.

§. II.

Corollaria praecedentis doctrinae.

EX dictis colliges primo, quod cum sit duplex determinatio causarum, una infallibilis, & immutabilis, qualis est determinatio causae primae: altera fallibilis, & mutabilis; qualis est determinatio causae secundae contingentis, vel liberae, duplex etiam distingui solet futuritio: una certa & infallibilis, per ordinem ad causam primam; & altera fallibilis, & impeditibilis, per ordinem ad causas inferiores contingentes, vel liberas: Quod est futurum primo modo, est simpliciter, & absolute futurum, & de eo potest dici simpliciter, quod erit; quod vero tantum secundo modo est futurum, est solum futurum secundum quid, nec de eo simpliciter potest dici, quod erit; sed cum addito tantum, ex vi scilicet inclinationis, & determinationis causae. Unde D. Thomas q. 12. de verit. art. 10. ad 12. *Causae superiores quae sunt rerum rationes in divina scientia, nunquam desunt in impletionem suorum effectuum, sicut desunt in inferioribus; & ideo in causis superioribus cognoscuntur rerum eventus absolute, sed in inferioribus, non nisi sub conditione.* Ubi per rationes rerum, intelligit ideas ut determinatas per decretum divinum: sicut ipse docet q. 3. de verit. art. 6. ubi ait, *Idea rerum quae sunt, fuerunt, vel erunt, determinantur ex proposito divinae voluntatis.* Sentit ergo S. Doctus, res creatas ex ordine tantum ad divinum decretum, accipere infallibilitatem eventus; non vero ex ordine ad causas inferiores, praesertim ad contingentes, & liberas. Et in hac parte q. 19. art. 7. ad 2. haec scribit: *Deus aliquando pronuntiat aliquid futurum, secundum quod consistit in ordine causarum inferiorum, iuxta secundam dispositionem utraque, vel meritorum, quod tamen non fit: quia aliter est in causa superiori divina, sicut cum istius praedixit Esaias, Dispone domui tuae, quia morietur, & non videtur: ut habetur Isai. 38. Neque tamen ita evenit, quia ab aeterno aliter fuit in scientia, & voluntate divina, quae immutabilis est.* Et 2. q. 171. art. 1. distinguit duplicem prophetiam, unam comminationis, quae non semper impletur, sicut quando dicitur Iuxta Jonae 3. *Abhis quadragesima dies, & Ninivis subvertetur:* alteram praedestinationis, quae semper, & infallibiliter impletur: qualis erat illa, *Ecce virgo concipiet, & pariet &c.*

Colliges secundo, Ex ordine ad causas secundas necessario operantes, dici aliquid futurum simpliciter, id est absolute. Ex ordine ad causas secundas contingentes, ad unum extremum propensas, dici futurum cum addito. Ex ordine vero ad causas secundas contingentes, ad utrumque se habentes, nullatenus dici futurum.

Probatum: Illud est futurum, quod est in causa determinatum ut fiat: At quod habet esse in causa necessaria, & immutabiliter operante, est determinatum simpliciter: in causa autem contingenti, ad unam partem magis propensa, tantum habet determinationem secundum quid; & in

per se est superioris, & consequenter ad superiorem potentiam, qualis est intellectus, pertinere debet. Videtur S. Thomas 1. 2. q. 17. & 1. p. q. 23.

12 Probatur quinto: Sicut se habet ars & scientia artificis ad res artificiales, sic se habet scientia Dei ad creaturas, ut sicpe docet S. Thomas: Atqui ars est causa rerum artificiarum, non solum directiva, sed etiam effectiva: Ergo & Dei scientia. Minor probatur ex eodem S. Doctore 1. 2. q. 57. art. 3. ubi dicit quod ars proprie sequendo habitus operationis est: Quam doctrinam desumpsit ex Aristotele 9. Metaphyl. & 6. Ethic. Item in sent. dist. 38. q. 1. art. 1. in corp. sic habet: Sicut est causalitas artificis per artem suam, ita consideranda est causalitas divina scientia. Est ergo iste processus in productione artificis: Primo scientia artificis ostendit finem, Secundo voluntas ejus intendit finem illum. Tercio voluntas imperat actum, per quem educatur opus: circa quod opus scientia artificis parat formam conceptam, Quibus verbis attribuit scientia artificis, non solum directionem, & ostensionem finis; sed etiam inductionem formam artificialis in materiam, ac proinde veram & realem efficientiam.

13 Probatur sexto ratione quam suffus art. 4. prosequamur. Nisi daretur aliqua scientia practica, & factiva rerum, scientia Dei dependeret a rebus creatis, & ab illis mensuraretur, quantum ad veritatem & certitudinem: Sed hoc repugnat perfectioni divine scientie: Ergo illa est practica & factiva rerum.

13 Probatur ultimo ratione desumpta ex D. Thoma q. 2. de veritate art. 13. Omnia que habent convenientiam ad invicem, ita comparantur, ut vel unum sit causa alterius, vel ambo ex una causa cauleantur: in omni autem scientia reperitur convenientia plurium, puta assimilatio scientie ad scitum; unde oportet quod vel scientia sit causa sciti, vel scitum sit causa scientie, vel utrumque sit a una causa cauleta. Non potest autem dici quod res scita a Deo, sint causa scientie in eo, cum res sint temporales, & scientia Dei sit eterna: temporale autem non potest esse causa eterne. Similiter non potest dici quod utrumque sit a una causa cauleta, quia in Deo nihil potest esse cauleta, cum ipse sit quicquid habet: unde relinquatur quod scientia ejus sit causa rerum, Quare ibidem S. Doctore hoc statuit discrimen inter scientiam Dei, Angelorum, & nostram, quod scientia Dei non est cauleta a rebus, sed est causa rerum, neque cauleta a rebus, itaque secundum doctrinam D. Thomae triplex scientia distinguitur debet: una que pendet a scibili, & a speciebus que ab illo exhiberentur, & hac est nostra: altera que simul cum scibili a communi principio dependet, & illa est Angelorum: tertia tandem a qua scibile ipsum pendet, & hac est divina. In prima scibile est causa scientie, in tertia scientia est causa scibili, ideoque in eo qui tali scientia pollet, idem est nocere rem, & dare illi esse: in secunda vero que media est, nec scibile est causa scientie, nec scientia est causa scibili, sed utrumque est a Deo, ut a communi causa. In prima & secunda ita se rem habere, fere omnes admittunt; in tertia quoque ita se habere jam probavimus, & art. 3. suffus ostendemus.

§. III.

Solvuntur objectiones.

14 Obijcies primo cum P. Annato, in libro de scientia media: Non magis pertinet ad vim intellectivam suum obiectum efficiere, quam ad potentiam effectivam suum opus intelligere: Sed potentia effectiva non intelligit suum opus: Ergo nec intellectiva effectum suum obiectum. Respondendo distinguendo Majorem, & concedendo illam de vi intellectiva, que est mere speculativa; negando vero de vi intellectiva, que est eminenter speculativa & practica, huic enim convenit intelligere simul & efficiere, ut patet in intellectione nostra, que simul habet rationem intellectivam, respectu verbi quod producit; illud enim intelligendo producit, & producendo intelligit: scientia autem libera in Deo non est pure speculativa, sed etiam practica, ut patet ex dicendis articulo sequenti; unde non mirum si illa simul suum obiectum intelligat & efficiat, ac eminenter quodam modo simul habeat rationem potentie cognoscitivae & executivae. De quo infra art. 4.

15 Obijcies secundo: Si scientia Dei esset causa rerum, non distingueretur virtualiter ab arte divina, respiceret enim creaturas ut factibiles, sicut ars in mente divina existens: Sed hoc videtur falsum, & contra communem sententiam, que ponit distinctionem, saltem virtualem, inter virtutes intellectuales in mente divina existentes: Ergo & illud.

Respondendo primo, non esse improbabile, scientiam Dei, quatenus formaliter practica est, & respicit creatu-

ras ut factibiles, ne quidem virtualiter in Deo distingui ab arte divina: in nobis enim illa virtutes intellectus distinguuntur, quia scientia habetur in nobis de universaliibus, ars de particularibus; prima procedit per causam, secunda vero per quamdam experientiam, & usum; unde cum ita imperfectiones procul sint a Deo, & ejus scientia sit de particularibus, & ars in mente ejus existens procedat per veram causam ipsius operis; non improbabiler dicitur potest, scientiam practicam, & artem, in Deo ne quidem virtualiter distingui, sed sola distinctione rationis, que petitur ex analogia ad creaturas, in quibus illa virtutes intellectuales realiter distinguuntur. Si quis tamen velit inter illa ponere distinctionem virtualem, sicut inter alia attributa; ad probationem in contrarium, facile poterit responderi, quod quamvis scientia practica, & ars divina respiciant creaturas ut factibiles, non tamen eodem modo: scientia enim illas respicit ut factibiles absolute, & quantum ad substantiam operis; ars vero divina illas non respicit ut producibiles, quantum ad substantiam, sed quantum ad modum, & quatenus sunt factibiles modo quodam artificialio. Cetera argumenta que contra hanc conclusionem fieri solent, commodius proponantur, & solvantur articulis sequentibus.

ARTICULUS II.

An scientia que in Deo est causa effectiva rerum, sit ea que dicitur simplicis intelligentie, vel qua visio appellatur?

§. I.

Præmittenda ad resolutionem questionis.

Notandum primo, causalitatem divine scientie duobus modis posse considerari: nimirum quasi in actu primo, ut videlicet habeat divina scientia virtutem causalitatis rerum; & in actu secundo, quoad exercitium videlicet causalitatis, & actualem productionem creaturarum.

Notandum secundo ex D. Thoma q. 2. de veritate art. 9. ad 2. & ex Ferrarizii 1. cont. Gentis cap. 62. distinctionem scientie divine, in scientiam simplicis intelligentie, & visiois, non se tenere ex parte Dei, sed tantum ex parte objecti, & connotati materialis; ac proinde magis esse quamdam explicationem divergentem terminationum, seu terminorum qui a Deo cognoscuntur, quam divisionem unius attributi, & unius scientie in plures virtutes inter se distinctas; in quantum enim divina scientia concipitur terminari ad creaturas solum sub ratione possibilitatis, non attempta ex vi hujus terminationis illarum futuratione, & existentia, simplicis intelligentie nuncupatur; quatenus vero non sinit in sola quidditate, & possibilitate rerum, sed attingit illam futurationem, vel existentiam, & presentiam quam habent, ut in mensura propria, vel in mensura superiori eternitatis, sumit denominationem scientie visiois.

Notandum tertio, scientiam Dei liberam duplicem habere formalitatem & respectum: unum ad voluntatem Dei, & ad decretum efficacem, & absolutum in quo fundatur, alterum ad objecta que contemplantur & videt presentia, vel in propria eorum mensura, vel in mensura superiori eternitatis: secundum primum respectum quem dicit ad voluntatem Dei, & ad decretum illius, dicitur scientia approbationis; ex alio vero quem dicit ad obiectum quod intuetur ut presentem, vel in mensura propria, vel in mensura eternitatis, sumit denominationem scientie visiois, ut docet D. Thomas locis supra relatis. Denique secundum primum respectum, scientia dicitur practica, & factiva sui objecti; & secundum alium, est speculativa, & intuitiva illius, ut magis infra exponemus.

§. II.

Quatuor conclusionibus difficultes proponit resolvitur.

Deo primo, scientiam simplicis intelligentie esse causam productivam rerum in actu primo. Ita docet D. Thomas in hac quest. art. 16. ad 1. ubi dicit: Scientia Dei est causa, non quodam sui ipsius, sed aliorum; quorumdam quidem actu scilicet eorum que secundum aliquod tempus sunt; quorumdam vero virtute, scilicet eorum que possunt facere, & tamen nunquam sunt. Et q. 15. art. 3. ad 2. Dicendum, inquit, quod eorum que neque sunt, neque erunt, neque fuerunt, Deus non habet practicum regimen, nisi virtute tantum. Unde cum ex eodem S. Doctore hic art. 9. scientia simplicis intelligentie ea sit, que versatur circa ea que nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, manifestum relinquatur, illam esse practicam, & factivam rerum remote, in potentia, & veluti in actu primo.

Probatur insuper ratione. Scientia simplicis intelligentie

que continet in se ideas rerum possibilitatis, & se habet sicut ars in mente artificis, antecedens voluntatem producendi opus: Atqui ars existens in mente artificis, & antecedens voluntatem producendi opus, est productiva in actu primo operum artificialium, ut docent Aristoteles & D. Thom. locis supra relatis: Ergo & scientia simplicis intelligentie.

21 Confirmatur: Scientia in Deo eo modo est productiva rerum, quod illas continet: Atqui scientia simplicis intelligentie, in sigo antecedenti decretum, ratione divine omnipotentie, & idearum in mente divina existentium, continet creaturas in actu primo; decretum enim voluntatis divine non est necessarium, nisi ut moveat intellectum quoad exercitium; nam quoad speciem operis antecedenter ad illud, est determinatus per ideas divinas in eo existentes: Ergo scientia simplicis intelligentie est causa productiva rerum in actu primo.

22 Dico secundo: Scientiam simplicis intelligentie concurrere actualiter ad rerum productionem, dirigendo remotione, & modum.

Probatur primo: Talis est causalitas divine scientie erga creaturas, qualis est causalitas artificis circa res artificiales; ut docet D. Thomas locis supra relatis: At in artifice creato, non solum concernit imperium intellectus, quod sequitur ad electionem, sed etiam iudicium eam precedens, quod ostendit finem & modum quod debet fieri opus. Unde idem S. Doctore in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. dicit quod primo scientia artificis ostendit finem (opus scilicet artificiatum & factibile) secundo voluntatem, ad productionem creaturarum, non solum concurrat imperium, quod sequitur ad electionem sed etiam iudicium, quod eam antecedit, & finem ac modum faciendi creaturas ostendit; unde cum tale iudicium electionem antecedens, pertinet ad scientiam simplicis intelligentie, que antecedit decretum; sicut imperium quod illam subsequitur, pertinet ad scientiam visiois, que supponit decretum, & in eo fundatur; non potest negari, juxta principia D. Thomae, scientiam simplicis intelligentie, non solum in actu primo, sed etiam in actu secundo dirigere Deum (remote saltem, & mediate) in productione creaturarum. Dixi remote & mediate, quia directio proxima & immediata, est ab ipso actu imperii, sicut & creaturarum efficientia, ut patet ex infra dicendis.

23 Probatur secundo: Non solum imperium divinum, sed etiam consilium, ad creaturarum productionem actu concurrat: juxta illud Pauli ad Ephesios 1. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue. At consilium non pertinet ad scientiam visiois, sed ad simplicem notitiam; cum electionem precedat ut illius regula, teste S. Thoma 1. 2. q. 14. art. 1. Ergo scientia simplicis intelligentie actu concurrat ad creaturarum productionem, non quidem directione immediata, & proxima, sed mediata saltem, & remota.

24 Dico tertio: Scientiam qua Deus res omnes efficit & cauleta in actu secundo, non esse illam, que a Theologis vocatur simplicis intelligentie, sed eam quam visiois, appellatur. Ita communiter nostri Thomiste, contra Recentesiores.

Probatur primo conclusio ex SS. Patribus. Dicit enim Augustinus libro 13. Confess. cap. 38. Nos itaque ista que fecisse, videmus quia sunt: tu autem quia visis, ea sunt. Et nos forte videmus quia sunt, & intras quia bona sunt. Tu autem ab invisibili facta, ibi visibili faciendes. Et 13. de Trinit. cap. 19. Universas creaturas spirituales & corporales, non quia sunt, ideo nomine Deum: sed ideo sunt, quia videntur. Gregorius 20. Moralium cap. 23. Quia sunt, ab eternitate ipsa, ideo videntur quia sunt: sed ideo sunt, quia videntur. Et lib. 32. cap. 6. Non existentia videntur creat, existentia videntur contineri. Quicquid ergo Creator non videt, essentia subsistendi caret.

Sed inter omnes Chrysologus ferm. 34. hujus divine visiois virtutem & efficaciam egregie & eleganter describit: loquens enim de muliere, que sanguinis fluxum patiebatur, & exponens has verba Evangelicæ, Convulsus Jesus, & videns eam, sic loquitur: Jesus convulsus non mori corpore, divinitatis aspectu. Vidit eam divinitus oculis, non humanis: vidit ut scilicet redderet, non ut agnosceret quomodo scilicet, vidit eam. Domus bonis, multis carere quem vidit Deus. Vidit ergo istam Deum, quam curandam reddidit sic scilicet.

Alii etiam sancti Patres docent; Christum videndo plures infirmos, eos sanasse per suam visiois facultatem, & vivificum aspectum. Quia de causa oculi Dei dicitur in Scriptura iustioribus oculis: fuit enim Sol visiois luminis sui radiis, corruptibilibus queque generat; ita & Deus intuitu sui, & per scientiam visiois, cuncta producit & conservat: juxta illud Gregorii jam relatum, Non existentia videntur creat, & existentia videntur contineri: Unde olim Ægyptii, ut hujus divine visiois efficaciam, & potentiam designarent, eam per oculum, supra scripti sagillum existentem, figurabant; ut per hoc significa-

rent, Dei omnipotentiam; nihil aliud esse, quam scientiam visiois, ut innoxiam divino decreto, & ab illo ad agendum applicatam.

Neque valet responsio Ruffii, & aliorum Recentesiorum, 25 qui dicunt Sanctos Patres in his locis, non loqui de scientia Dei, quatenus visiois est, sed de scientia ut sic, abstractando ab hoc, quod sit simplicis intelligentie, ut visiois; & præterea eos loqui solum de rebus necessariis, non vero de liberis. Patet, inquam, falsitas & insufficiens hujus responsionis: Primo; quia Sancti Patres utuntur expresse verbis, videre, intueri, & similibus, que scientiam visiois designant, dicuntque res esse, quia videntur a Deo, ut constat ex verbis Augustini & Gregorii supra relatis. Secundo, idem Augustinus loquitur universaliter de omnibus creaturis, & dicit: Universas creaturas tam spirituales, quam corporales, ideo esse quia Deus novit eas: Ergo restrictio Ruffii dicens Sanctos Patres loqui solum de rebus necessariis, & independentiibus a libertate, est profus ab illorum mente aliena, eorumque verbis aperte repugnat. Ad duo creaturarum liberarum & necessariorum, hac in parte, eadem est ratio; cum res a Deo, ejusque scientia, essentialiter pendeant.

Probatur secundo conclusio ex D. Thoma in 1. dist. 39. q. 1. art. 1. ad 5. ubi hæc scribit: Licet esse, & scire Dei, sint idem secundum rem, tamen scire sequitur voluntatem, ut imperatum ab ipso: esse autem non, & ideo esse suum non subiacet libertati voluntatis sicut scire operatum creaturæ. Et art. 2. ad 1. Scire, inquit, divinum respectu futurorum, est subiectum libertati voluntatis. Sed manifestum est, quod scientia subiecta decreto, voluntati divine, eam consequens, & ipsa imperata, & applicata, non est simplicis intelligentie, sed visiois: Ergo ex D. Thoma, scientia qua Deus res omnes efficit & cauleta in actu secundo, non est illa, que simplicis intelligentie dicitur, sed ea que visiois appellatur.

Præterea, Cum D. Thomas tum hic art. 8. tum q. 2. 27 de veritate art. 14. proponat & dissolvat auctoritates Originis & aliorum Patrum, quibus niuntur Adversarii, quis non videat Sanctum Doctorem non stare pro illorum sententia?

Probatur tertio ratione plane demonstrativa. Impossibile est scientiam ullam ejus rei esse causam, quam non cognoscit: sicut enim dicitur Medici, illud quod ignorat medicina non curat: ita & illud quod ignorat ars, vel scientia, non cauleta. Unde videmus quod ars fabricandi, non facit calcem, nec futoria scammum, nec fabrilioria clavem: quia hæc non cognoscuntur ab hujusmodi artibus, nec pertinent ad illarum obiectum. Atqui scientia que dicitur simplicis intelligentie, non versatur circa res existentes, aut futuras, nec illas cognoscit, sed tantum scientia que vocatur visiois: Ergo hæc & non illa est causa rerum. Minor probatur: Scientia enim simplicis intelligentie definitur a Theologis, Cognita eorum que nec sunt, nec fuerunt, nec erunt nunquam; & contra vero scientia visiois, dicitur esse cognita eorum, que sunt, fuerunt, vel erunt. Ita expresse docet S. Thom. in hac quest. art. 9. ubi sic habet: Quodam licet non sint nunc in actu, tamen vel fuerunt vel erunt; & omnia ista Deus dicitur scire scientia visiois. . . Quodam vero sunt, que sunt in potentia Dei, vel creatura, que tamen nec sunt, nec erunt, neque fuerunt, & respectu horum non dicitur habere scientiam visiois, sed simplicis intelligentie. Ex quibus verbis manifestum relinquatur, secundum doctrinam D. Thomae, scientiam simplicis intelligentie, non se extendere ad existentia, vel futura, sed tantum ad possibilita; qua de causa a Theologis, scientia possibilitatis, communiter appellatur; sicut scientia visiois, dicitur, scientia existentiam & futurorum.

Confirmatur: Scientia simplicis intelligentie, & visiois, ut diximus in secundo notabili, non distinguuntur ex parte Dei, sed tantum ex parte creaturarum, & ratione diversarum terminationum, & obiectorum materialium, que a Deo cognoscuntur; Ergo repugnat, quod scientia simplicis intelligentie, ut ratione distincta a scientia visiois, se extendat ad eadem objecta materialia, & habeat eandem terminationem cum illa: unde cum, in sententia omnium Theologorum, scientia visiois sit illa, qua Deus res futuras & existentes cognoscit, impossibile est quod scientia simplicis intelligentie, ut talis est, se extendat ad illarum existentiam & futurationem, ac proinde quod sit causa illarum; alias ageret cæco modo & ignaro, quod est absurdum.

Confirmatur amplius: Juxta Augustinum libro 11. de 29 civitate cap. 10. Deus non aliquid necessitas fecit: fecisset autem, factus & scientia que cauleta rerum existentiam, & futurationem, ad eas non terminaretur, ut ad objecta scita & cognita, sed solum tanquam ad effectus per causalitatem productos: Ergo &c.

Probatur quarto ratione fundamentalis: Deus producit 30 creaturas per actum imperii, ut infra art. 4. ostendemus: At imperium pertinet ad scientiam visiois: Ergo hæc est causa